

*Kaspar Aindorffer an NvK. Der schon vor langer Zeit versprochene Besuch des NvK in Tegernsee sei wegen der Unwürdigkeit der Mönche noch nicht erfolgt. Er, der Abt, würde sich wünschen, NvK sehen und hören zu können, allerdings lassen seine Kräfte und seine monastische Pflicht zur Klausur einen Besuch bei NvK nicht zu. Er schicke ihm daher einen ihm bereits bekannten Boten mit einem inzwischen von den Mönchen abgeschriebenen Buch und erhoffe für sich weitere Texte von NvK, welche der Bote benennen werde.*

*Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 56 v.*

*Druck: Vansteenberghe, Autour 13ff. Nr. 20; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 142, 144 Nr. 43a.*

*Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 143, 145 Nr. 43b.*

Re<sup>me</sup> et graciosissime pater. Cum sui suorumque semper humilima recommendacione, oraciones et obedienciam devotam. Diu est, quod v. r. p. suos proposuit et promisit filios visitare<sup>1)</sup>, sed quia digni reperti non sunt, tanta eisdem consolacio atque tam desiderata visitacio actenus digne subtracta est. Verumtamen pater, qui fuit, sit et permaneat semper, nec dignacionem aliquatenus aut graciam a filiis, 5 quamvis indignis, subtrahat paternam. Ad presens et sepius v. r. p. presenciam adire, videre, necnon audire personaliter ego ipse vel per fratres cupio et volo, sed obstat iam virium facultas, iam condicio professionis, si quidem non expedit animabus monachorum foris vagari iuxta patris beatissimi Benedicti doctrinam salutarem. At ne v. r. p. relinquam ad omne tempus penitus invisitatam, nunc presentis alias notum transmitto, paternam per eundem consolacionem simul et benedictionem qualemcumque receper- 10 turus; hoc spero, hoc opto, hoc peto, licet meritis omnibus expers.

Dirigo librum per fratres rescriptum, cum eisdem libros vel tractatulos alios ex solita confidencia humiliiter reposcens. Novit p. v. r. qualia ad usum fratrum expediant, sed et presentis exhibitori quedam commisimus ego cum fratribus reposcenda, qui eciam plenius v. r. p. nostram explanabit<sup>2)</sup> voluntatem devotam et semper in omnibus subiectam. Jesus, qui salvator et salus, v. salvare et conservare dignetur 15 paternitatem per omnia tempora et ultra. Amen.

frater Caspar, abbas monasterii Tegerseenensis

Re<sup>mo</sup> in Christo patri ac domino domino Nicolao sancte Romane ecclesie cardinali dignissimo necnon Brixinensis ecclesie pastori predigno, domino sibi gratissimo.

---

<sup>2</sup> Diu: Domini Vansteenberghe, Baum/Senoner.

---

<sup>1)</sup> Ursprünglich war geplant, die Reise zur Regensburger Reichsversammlung im Mai 1454 mit einem Besuch in Tegernsee zu verbinden. Vgl. Nr. 3876 Anm. 16, 3898 Z. 12, 4071 Z. 3f.

<sup>2)</sup> Vgl. Nr. 4071 Z. 10.